





ORDINIS IVRIDICI

I N

1777

3

ACADEMIA VITEBERGENSI

H. T. PRO-DECANVS

MARTINVS GOTTLIEB PAVLI D

DIGEST. VET. P. P. O. CVRIAEC PROVINC. CONSISTOR

ECCLESIAST. SCABINATVS ET FACVLTAT

IVRIDICAE ASSESSOR.

LECTORI BENEVOLO

S P D

QVADRINIS LIBRARI

12

QVADRINIS LIBRARI

ETRIG-DIGAVAN

MARTINUS GOTTLIEBUS HANAU

1666

1666

ETCOTONIABLIBRARIO

2



Q. D. B. V.

D E

CONSCENSIONE THALAMI ET QVAM  
LATE EA PATEAT?

---

 uistas qui appetunt nuptias atque ineunt, communi quodam temporum omnium omniumque locorum populorumque veluti sensu ad eas contrahendas trahuntur atque ducuntur, qui non ex scripta quadam prouenit, sed nata potius lege, quam non didicimus, accepimus, legimus; verum ex natura ipsa arripiimus, hausimus, expressimus; ad quam non docti, sed facti; non instituti, sed imbuti sumus; prouti Cicero, alia quamuis occasione, ait loco illo notissimo pro Milone. Quando vero et ex quo temporis momento nuptiae iam contractae censeantur, id potissimum ex legibus vniuersitatis societatis civilis priuatis, scriptis et non scriptis, diiudicandum est, multumque refert, vnde tandem aestimari matrimonium et a quo tempore computari debeat, scire, vt cuique liqueat, vtrum iustarum nuptiarum commodis in vita civili potiri possit, nec ne? et ex al-

tera parte ut iis, quae coniugibus prohibita sunt, abstinendum sibi esse, intelligat. Non autem omnibus omnium rerum publicarum conditoris et legislatoribus hac ex parte una sedet eademque sententia. Veteres Romanos iuraque eorum ciuilia quod attinet, Domitius Vlpianus expressis verbis, non concubitus, sed consensum, l. 15. D. de Condit. et Demonstrat. l. 30. D. de R. I. non coitum, sed maritalem affectionem nuptias facere, l. 32. §. 13. D. de Donat. int. vir. et vxor. nos docet. Hic autem maritalis viri et mulieris consensus declarabatur olim quidem regulariter per solemnam in domum deductionem, nec non per instrumenta dotalia tabulasque nuptiales; ex l. tamen 31. pr. D. de Donat. l. 4. D. de Fide Instr. l. 4. D. de Pignor. l. 66. D. de Donat. int. vir. et vxor. discimus, neque in domum deductionem, neque dotalia passata ad ineundas nuptias iustas absesse necessaria fuisse. Itaque solus apud Romanos consensus faciebat nuptias, et, simulac iste pure et simpliciter erat declaratus, effectus iustarum nuptiarum plerique omnem vim suam exsercabant auctoritateque.

Hoc Iuris Romani principium, cum naturae rei apprime sit conteniens, retinuit quidem per omne subsequens tempus auctoritatem suam, successu tamen temporis Iurisprudentia Christiana ἡρελογία superinduxit sacram seu benedictionem sacerdotalem. Et grauissimis quidem de causis, uti beat. Salomon Deyling Prudent. Pastoral. Part. III. Cap. VII. §. 20 recte monet, introducta est ab Ecclesia Christiana hic ritus sacer, ut, scilicet, partim de auctore et sanctitate atque indissolubilitate coniugii omnibus constet, et, matrimonium contracturi, aliquique, de benedictione diuina et officiis coniugalibus, deque molestiarum tolerantia moneantur, deinde vero etiam, ut legitima nouorum coniugum coniunctio omnibus innotescat, ut omnia decenter in ecclesia fiant, ipsorumque coniugum salus publicis ecclesiae precibus Deo commendetur. Ceterum tamen non tam ad ipsam matrimonii essentiam pertinet haec benedictio sacerdotalis, ut quidem consensus, quam potius

potius ad formam tantum. Nostris enim moribus, et consuetudine, in ecclesiis euangelicis recepta, consensus non alias habetur matrimonialis, quam qui publice coram ecclesia declaratur, et cui accessit benedictio sacerdotalis, sine qua copula et consecratione sacerdotis matrimonia inita, his certe in terris, habentur inualida. Deyling loc. cit.

§. 13.

Sed mores Germanorum, in primis Saxonum, patios quod attinet; ne ab eo quidem tempore, quo consensus maritalis ab sponso et sponsa declaratus est publice, et benedictio sacerdotalis accessit, nuptiae perfecte iam contractae censentur, necesse potius est, ut praeterea accesserit quoque concensio thalami. Hinc Ius Prouinciale Saxonum Libr. I. Art. 45. item Libr. III. Art. 45. ait: *Das Weib ist ihres Mannes Genossin, und tritt in sein Recht, wenn sie in sein Bett geht.* Hinc Paroemia Iuris Germanici: *Ist das Bett beschritten, so ist das Recht erfritten.* Haud equidem ignoro, vnum alterumque iustarum nuptiarum effectum vere adesse vimque suam in vita ciuili exserere, etiamsi concensio thalami nondum fuerit facta, quin, ante ipsam adeo benedictionem sacerdotalem. Sic sponso, quoniam ad illius contumeliam spectat iniuria, sponsae illata, ipsi iansiam Romani iniuriarum actionem dabant aduersus iniuriantem.

I. 15. §. 24. D. de Iniur. Carpzov Responf. Iur. Libr. V. Tit. X. Resp. 108.  
No. 12. et, quamvis in Saxonia nostra Electorali actiones iniuriarum omnes per Mandatum de Duellis §. 22. prorsus abrogatae sint, sponsus nihilosecius tamen adhuc hodie iniurias, sponsae suae illatas, magistratu denunciare, satisfactionemque pro iis petere potest. Deinde tacitam hypothecam quod attinet, quae vxori competit in bonis mariti ratione dotis illatae, et tempus, a quo ea computanda, Constitutio Electoral. Saxon. XXIV. Part. II. expressis verbis, eam ab isto temporis momento, quo sponsus et sponsa per consensum matrimonialem solemnem, coram sacerdote publice declaratum, subsecutamque benedictionem sacerdotalem matrimonium contraxerunt, esse repetendam, dispo-

nit. Nonnulli itaque iustarum nuptiarum effectus iam inde ab sponsalibus rite legitimeque celebratis, nonnulli ab consensu maritalis declaratione solemni subsecutaque benedictione sacerdotali; sed praecipue tamen non prius vim exserunt suam, quam post rite peractam thalami conscientem, successio scilicet tam mariti, quam vxoris statutaria, aut quae pactis dotalibus nititur. Hinc si v. g. ipso nuptiarum die sponsus, sive etiam sponsa, post peractam quidem benedictionem sacerdotalem, sed ante conscientem thalami tamen extreum morte conficiat diem, superstes coniux ab omni prorsus successione vel ideo, quia thalami conscientia nondum facta, excluditur. Carpzov Respon. Iur. Libr. V. Tit. X. Resp. 108. No. 14 sqq. item in Iurisprud. Forens. ad Constit. XIX. Part. III. Def. 1. 2. 3. et Iurispr. Constit. Libr. III. Tit. V. Definit. 57. No. 16.

Quae cum ita sint, quibus demum limitibus in Iure nostro circumscribatur, quamque late pateat thalami conscientia? scire, plurimi interest, iis in primis, qui vix, ac ne vix quidem coniuges, vidui, suo iam carent coniuge. Quid autem sit id, de quo quaerimus? de eo non est, vt anxie simus diuque solliciti; quis enim est, quem fugiat, quid significet τὸ conscientere, quid denotet thalamus, quid sit conscientia thalami, die Befreiung des Ehebettes? Hoc unicum addo, ne Iura quidem nostra, Iurisque consultos, quando de conscientia thalami sermo est, ab nativa istorum vocabulorum et propria significatione recedere. Quando itaque patrii nostri mores conscientiam thalami ad perfectionem legitimi matrimonii requirunt, vt, antequam sponsus et sponsa pro coniugibus habeantur, coniungimque iuribus et priuilegiis in vita ciuili fruantur omnibus, genialem lectum conscienterint, in eoque per aliquod tempus, quamuis breuissimum, concubuerint inuicem, requirunt. Haec autem consuetudo non, vti vulgo fit, ad solam Saxonię restringenda, sed communis potius Germanorum olim tantum non omnium erat, et ad ineundas iustas nuptias legitimasque tam necessaria

7

cessaria habebatur, ut ipsi adeo Imperatores et principes, quorum tam  
en matrimonia ex iure priuatorum non, certe non ex omni parte  
diadicanda, raro eam olim, et tunc quoque raro, vel nunquam omit-  
terent, quando ab iis per procuratorem matrimonia contrahebantur.  
Friderici III. Imp. qui anno quinquagesimo secundo saeculi XV.  
Eleonoram, Lusitaniae Principem, ducebat vxorem, scimus, matrimo-  
nium iisdem diebus, quibus tanquam Imperator Romanus ab Pon-  
tifice R. Nicolao V. inauguraratur, per benedictionem sacerdotalem, ab  
eodem Nicolao V. Romae peractam, fuisse initiatum, Alphonsum au-  
tem, Arragoniae, Siciliaeque Regem, Imperatorem per legatum suum,  
Antonium Panormitanum, Romae salutasse, Neapolinque vna cum Eleo-  
nora sua inuitasse, eum potissimum in finem, ut matrimonium ibi per  
consecrationem thalami consummaretur. His precibus Alphonsi locum  
quidem relinquebat Fridericus III. Imp. atque vna cum Eleonora sua  
hunc sui saeculi Salomonem adibat, sed consummationem matrimonii  
per thalami consecrationem detrectabat, quia id operis, prouti Burchard.  
Gothelf Struuius Iurisprud. Heroic. Vol. I. Part. I. Cap. III. §. LXII.  
ex Aenea Sylvio refert, in Alemanniam referre volebat. Sed quoniam  
Eleonora propterea moesta videbatur, seque circumduci, velut parum  
placentem, existimabat, Alphonsus Rex apud Imperatorem illius cau-  
sam tam felici cum successu agebat, ut, quod prius cuperat confilium,  
iterum deponeret. *Iussit igitur, Aeneas inquit Sylvius loc. cit. theutoni-*  
*co more stratum apparari, iacentique sibi Leonoram in vlnas complexusque da-*  
*ri, ac praesente rege, cunctisque proceribus astantibus, superduci culcitram, ne-*  
*que aliud actum est, nisi datum osculum. Erant autem ambo vestiti, moxque*  
*inde surrexerunt, seque consuetudo Theutonicorum se habet, cum principes pri-*  
*mo iunguntur. Mulieres Hispanae, quae aderant, arbitratae, rem serio geri,*  
*cum superduci culcitram viderunt, exclamantes, indignum fieri facinus, Re-*  
*gem, qui talia permitteret, increpabant, ille autem non sine risu et iucundita-  
te peregrinos spedebat mores. et q. f. r. Nec minus ille Burchard. Gott-*  
heff

helfff Struuius loc. cit. Vol. I. Part. II. Cap. V. Sect. I. §. XXXIV. et  
Sect. IL §. XIII. XV. XVI. XVII. varia exempla consensionis thalami, per  
procuratorem peractae, attulit, in nuptiis scilicet Maximiliani I. Imp. et  
Mariae Burgundiae, nec non Annae Britannicae, item Philiberti, Sa-  
baudiae Ducis et Margarethae Austriacae, porro Sigismundi III. Po-  
loniarum Regis et Annae Austriacae. Sed his tamen omnibus,  
quamuis non prorsus alienis ab hoc loco, hodie non immoramus, tace-  
mus quoque solemnitates istas et veluti caeremonias, quibus inter pri-  
uatos et olim et hinc inde adhuc hodie haec thalami consensio peragi  
solet, et ad ea, quae dicenda restant, pergimus.

Primo omnium autem, ne consensionem thalami sinistre accipia-  
mus, sciendum est, Iura nostra ad consummationem legitimi matri-  
monii requirere quidem, ut sponsus et sponsa genialem lectum consen-  
dant, inque eo, superinducta culcitra, per aliquod tempus concum-  
bant; necessarium autem non est, ut acceperit concubitus et coitus.  
Hic ad arcana pertinet tori coniugalis, quae iura nostra iudiciaque non  
curant, nisi forte coniux unus ob denegatum v. g. concubitum, causas-  
que nonnullas alias, aduersus alterum iudicis imploret auxilium. Ita-  
que si forsitan mutuo consensu, vel etiam morbo, alioue casu inopinato  
superueniente, non statim prima vel secunda nocte carnalis nouorum  
coniugum copula fuerit infœcuta, maritus autem vel vxor repentina in-  
terea morte diem obierit supremum, coniux superstes, dummodo  
consensio thalami peracta sit, vel dotem, vel quae ex paclis dotali-  
bus, statutis et consuetudine sibi debentur, lucratur. Carpzov. ad  
Constit. XIX. Part. III. def. 4. item Responsor. Iur. Libr. V. Tit. X. Re-  
spons. 108. no. 18. et Hieronymus Brückner Decision. Iur. Matrim. con-  
trouers. Part. I. Cap. I. no. 54. 55. Quin, si forte maritus impotentia  
laboret insanabili, aut vxor etiam ob hunc vel illum morbum ad coha-  
bitandum prorsus sit inhabilis, et ex hac vel illa causa inter hos coniu-  
ges concubitus nunquam prorsus sit infœcutus, negari quidem non pot-  
est,

est, partem innocentem, ceteris paribus, si velit, ad dissolutionem eiusmodi matrimonii ex capite nullitatis agere posse; sed si nolit, si taceat, atque, memor illius Quidii:

*Perfer et obdura, dolor hic tibi proderit olim.*

continuet hoc matrimonium, vsque dum illud vnius alteriusue coniugis morte finiatur, superstiti coniugi, dummodo consensio thalami accelererit, successionis emolumendum denegari nequit. Carpzov. ad Conf.

XIX. Part. III. def. 5.

Successio itaque coniugum reciproca atque legitima omnis cessat prorsus, si deficiat consensio thalami, atque sponsus vel sponsa ante eam morte fuerit praeculta. Enim uero quando, quaeso, quo ue temporis momento necesse est, torum coniugalem ut ingrediantur sponsus et sponsa? Nonnunquam fieri solet, ut vix rite peractis sponsalibus publicis, sponsus et sponsa lectum genialem adscendant et concubant inuenient, utque ex his furtiuis, vel quasi, et acceleratis paullisper amoris bus sponsa puerperio cubet prius, quam matrimonium per benedictionem sacerdotalem fuerit initiatum, aut ob infecutam sponsi mortem unquam initiari potuerit. Consensio thalami in easu praesenti sine dubio est peracta, quamuis enim ad eam non necessario requiratur copula carnalis, sponsi tamen sponsaeque concubitus absque consensione thalami fieri nequit. Hinc quaestio oritur, ytrum, si vel sponsus vel sponsa post consensionem thalami quidem, sed tamen ante benedictionem sacerdotalem diem obierit supremum, coniux, vel quasi, superstes hereditatem, alias, matrimonio scilicet honeste consummato, sibi competentem, petere possit? Id quod iure meritoque negatur. Quamuis enim liberi, ex eiusmodi amplexu procreati, pro legitimis habeantur, et ad defuncti patris hereditatem, tanquam legitimi illius heredes, vocentur, Decis. 49. a. 1661. quamuis stuprata, et deinceps per sacerdotem stupratori copulata, huic, ante nouam consensionem thalami defuncto, succedat, tamen, si ante copulam sacerdotalem de vita decesserit

cesserit stuprator, stupratae et matri eiusmodi filii filiaeque superstiti, licet cum sponso suo concubuerit, ne ex delicto hoc locupletior fiat, successionis emolumentum denegatur prorsus. Carpzov. ad Constit. XIX. Part. III. def. 6. item Bruckner. Decis. Iur. Matrim. controuers. Part. I. Cap. I. no. 56. 57. Berger. Oecon. Iur. Libr. II. Tit. IV. §. 43. not. 2. Ex his autem, quae hucusque diximus, patet, non nisi eam thalami concensionem, quae post rite demum peractam benedictionem sacerdotalem ab nouis coniugibus suscipitur, utpote quae sola iusta est atque legitima, mutuae successionis emolumentum in eos transferre.

Ceterum quoniam patria nostra iura thalami concensionem tanquam requisitum maxime necessarium matrimonii, quoad effectum successionis, consummati requirunt; ne transuersum quidem, quod agunt, vnguem ab illius forma, moribus recepta, recedi, multoque minus in illius locum alias ritus, tanquam aequipollens, substitui potest. Carpzov. Responsor. Iur. Libr. V. Tit. X. Respons. 108. no. 16. In quo autem istius ritus forma consistat, id quidem nostris in legibus patriis speciatim non indicatur. Sed non indigemus descriptione rei, quam ex solo vsu fere quotidiano norunt omnes, quamque, quo insignitur, nomen, atque Iuris Prouincialis Saxonici loca antea excitata, Paroemiaque Iuris patrii, ne quid dicam de exemplis, quae suppeditat historia patria, frequentissimis, abunde nos docent. Haec enim omnia qui cogitat, facile intelliget ipse, in eo omnem concensionis thalami formam consistere, ut sponsus et sponsa, sed post rite peractam tamen benedictionem sacerdotalem, lectum coniugalem adscendant, et in eo, superinducta culcitra, per breuissimum quamuis temporis momentum inuicem concubant; id enim volunt patrii nostri mores, utique ab omnibus sancte seruandi, qui successionis emolumento in bona coniugis defuncti destitui nolunt.

Quae



Quae cum ita sint, pessime sibi consulunt ii eaeque omnes, qui quaeue, dum contrahunt nuptias, quoad consensionem thalami ingenio quasi suo indulgent, istos ante dictos ritus, naturae rei quamvis quam maxime conuenientes, rident quasi et negligunt, in eorumque locum pro lubitu alios substituunt, huius autem suae proteruitatis successu temporis poenas dant non nunquam grauissimas. Atque hoc paucis abhinc annis, fortassis non sine summo rei suae familiaris damno re ipsa de se expertus est ciuis quidam Dresdensis G. A. K. qui C. S. G. sed die demum illius emortuali duxerat vxorem. Benedictio sacerdotalis intercedebat ab hora matutina octaua ad nonam in aedibus priuatis; atque sponsa C. S. G. hunc in finem ex lectulo ferali quasi semi iam mortua in adiacens conclave non tam ducebatur, quam trahebatur, quin famulorum manibus, quasi lectica, portabatur, ibique anaclinterio imponebatur. Post benedictionem sacerdotalem peractam in lectulum suum reducebatur mulier, eamque comitabantur maritus, sacerdos et qui praeterea forsitan praesentes erant amici omnes et famuli. Hunc in lectum vxor non proiiciebatur, sed ei transuerso superimponebatur ita, vt in eo pedibus nonnunquam in longitudinem porrectis sellulaeque impositis, federet. Ad latus illius sedebat maritus, suamque hanc vxorem semimortuam, mollibus excipiebat vlnis et blandis miscebat oscula verbis. His autem blanditiis dum prosequebatur maritus vxorem, morbus illius ingrauescebat adeo, vt, qui aderat, sacerdos repentinam praeuideret mortem, suique memor officii, rogaret maritum, vt ne sua longiori praefentia vxorem suam moribundam inquietaret. Discessit itaque G. A. K. sed haud ita multo post illius discessum eodem die mane et vix audita hora antemeridiana undecima, C. S. G. placida morte extreum conficit diem. Vix funus coniugi defunctae superstes fecerat maritus, cum C. S. S. tanquam proxima defunctae C. S. G. cognata, et, quia ea tunc temporis adhuc minorenis erat, nomine illius

~~~~~

curator eius aetatis plenam defunctae geradam eiusque extraditionem ab eo peteret. Causa in iudicium deducta, reo G. A. K. quia ceteris libelli capitibus affirmatis, ad membrum 19. litis contestationis exceptionem consummati cum defuncta C. S. G. per thalami consensum matrimonii opposuerat, ex eaque ratione, vi Statutorum Dresdensium Cap. IX. §. 4. defunctae coniugis suae Geradam, excepta ea, quae dicitur *die Nistelgerade*, ad se pertinere asserebat, eius rei per proximam sententiam probatio iniungebatur, qua, vti et reprobatione, peracta, ab Iudicio Dresdensi tutelari Acta mense Septbr. 1773. transmittebantur ad Ordinem nostrum, sed aestimatis sollicite ponderatis que, quae ex utraque parte erant adducta, argumentis, tandem pronunciauimus: *Dass Beklagter dasjenige, so ihm zu erweisen auferlegt, und er sich angemaßet, wie Recht nicht erwiesen, derowegen selber C. S. G. nachgelassene volle Gerade, in so weit er deren sich angemaßet, mittelst eines Inventarii, oder, in dessen Ermangelung, einer eydlichen Specification, der Klägerinn auszuantworten schuldig.* Rationes, quas huic sententiae definitiuae adiunximus, decidendi huius erant tenoris: *Dieweil aber dennoch nach Deutschen, und besonders nach Sachsischen Rechten, weder die bloße Einwilligung, noch auch die Benedictio sacerdotalis und Trauung denen Eheleuten diejenigen Rechte, welche, besonders quoad successionem, aus der Ehelichen Verbindung fließen, zueignet, vielmehr selbige allererst per consensum thalami erlangt werden, Ius Prou. Saxon. Libr. I. Art. 45. Const. Elect. Sax. 19. Part. III. Carpzov. ad hanc Const. def. 1. 2. 3. et 4. Berger Oecon. Iur. Libr. II. Tit. IV. §. 43. not. 2. und, obwohl eines Theils die Rechtslehrer aelterer und neuer Zeiten darinnen einig sind, daß zu dieser consensione thalami nicht schlechterdings nöthig sey, vt accesserit concubitus, andern theils aber in den Deutschen Gesetzen, was sonst eigentlich zu dieser consensione thori erforderlich sey, genau und deutlich nicht bestimmt worden, so viel diesen letzten Umstand betrifft, dennoch die Worte, mit welchen diese Gesetze abgesetzt worden,*

und

und der Sprach-Gebrauch in zweifelhaften Fällen die Entscheidung geben müssen, die Deutschen und Sächsischen Gesetze aber diese Conscensionem thori coniugalis mit denen Worten, das Ehebette beschreiten, benennen, anerwogen das Sächsische Land-Recht Libr. I. Art. 45. sagt: Wenn auch gleich ein Mann seinem Weibe nicht ebenbürtig wäre, so ist er doch ihr Vormund, und sie ist seine Ge- noßin, und tritt in sein Recht, wenn sie in sein Bette tritt, die Chur-Fürstl. Sächsische Conf. XIX. Part. III. aber das Beylager und das Bette beschreiten zusammen setzet und ein Wort durch das andere erklärt, welchen allen die bekannte Paroemia Iuris: Ist das Bette bescritten, so ist das Recht erstritten, völlig beytritt; die Haltung des Beylagers mittelst Beschreitung des Ehebettes aber, nur alleine nach dem Sprach-Gebrauch zu urtheilen, daß Brant und Bräutigam sich zusammen in das Bette legen, und mit einer Decke be- und zudecken, schlechters- dings zu erfordern scheinet, vnd, daß nach deutschen Gewohnheiten vnd Sitten der Ausdruck: das Ehebette beschreiten, diesen, vnd keinen andern Verstand habe, nicht alleine durch die Paroemiam Iuris: Wenn die Decke über dem Kopfe ist, so sind die Eheleute gleich reich, sondern noch vielmehr durch die in der Geschichte häufig vorkommenden Exempel salisam bestärkt wird, Struu. Iurispr. Heroic. Part. II. Cap. V. Sect. I. pag. 225 sqq. et Sect. II. pag. 251 sqq. Becklagter hingegen in seinem geführten Beweise ein mehreres nicht, als daß er am 9 April 1771. mit der todkranken C. S. G. durch priesterliche Einführung copuliret wor- den, daß, nachdem die Trauung, welche in der Stube geschehen, vorbey gewe- sen, C. S. G. sich aus der Stube zurück in den dabey befindlichen Alcoven, wo- selbst ihr Krankenbette, in welchem sie auch kurz darauf gestorben, gestan- den, bringen lassen, vnd in selbiges sich nicht sowohl gelegt, als vielmehr quer über dasselbe dargestellt, daß ihre Füße, welche sie auch zu ihrer Erleichterung manchmahl auf einen Stuhl legen lassen, herausgehängen, gesetzt, daß so- dann Becklagter sich zu ihr auf das Bette, wie auf einen Stuhl, gesetzt, sie in seine Arme genommen, geherzet vnd geküßet, vnd, wenn er auch einmal von ihr

weg- vnd hinaus geruffen worden, dennoch, so bald er wieder gekommen, sich  
fogleich wieder zu ihr aufs Bett gesetzt, vnd dieses so lange continuiret, bis C.  
S. G. bey diesem Vorfalle stets gegenwärtiger Beicht-Vater ihn, Becklagten, er-  
fuchet, sie, C. S. G. weil ihre Kranckheit mit jedem Augenblicke zugenommen,  
nunmehr zu verlassen, damit ihr herannahendes Ende durch seine Gegenwart ihr  
nicht erschweret werden möchte, welches er, Becklagter, auch gethan, worauf  
C. S. G. auch kurz darauf zwischen 11 und 12 Uhr zu Mittage am 9 April  
1771. gestorben, dargethan, dieses alles aber eine Beschreibung des Ehebettes um so we-  
niger genennet werden kann, da besagtes Bett ein Einmännisches Bett, und C. S. G.  
Krankenbett, in welchen sie während ihrer Kranckheit gelegen, und in welchen sie  
auch gestorben, gewesen: im vbrigsten et q. s. r.

Plura addere, vltiusque progredi hodie non licet, imo potius,  
ad id vt me conuertam, quod hodie mei est officii, instituti ratio abs  
me postulat. Indicandi scilicet sunt honores praestantissimi Iuris  
Candidati

Viri Nobilissimi Doctissimique  
IOANNIS DAVIDIS FELLERI

Quem de vita studiisque laudatissime institutis, Ipsum differentem  
audire iuuabit.

*Ego IOANNES DAVID FELLER, anno MDCCXLVII. Luccaniae  
natus sum. Patre vtor, M. IOANNE DAVID FELLER, Gymna-  
sii, quod ibidem floret, Rectore quondam, nunc ad aedem St. Ma-  
ximi apud Martisburgenses Archidiacono; matre autem, CHRISTIANA  
GUILIELMA MADIHNI, qui fuit Regi Poloniarum et Electori Saxoniae  
a commissis veitigalium Gubenensium, filia. Hi optimi parentes eorum,  
quae ad excolendum animum ingeniumque pertinent, curam omnem ge-  
rentes, praeceptoribus domesticis me tradiderunt, ex quorum doctrina  
fidelissima tantos percepit fructus, vt anno MDCCCLXX. acade-  
miam Lipsiensem adire potuerim. Sacris huius celeberrimae Musarum  
sedis*

sedis a Magnifico BELIO initatus, praeter Philosophicas, Iurisconsultorum in primis scholas frequentavi. In quibus SEYDEITIVM, HOMMELIVM, ZOLLERV M SAMMETIVM ac denique BREVNINGIVM, viros et eruditione et integritate maxime conspicuos, duces habui. Quorum paelectionibus per trium annorum, et quod excurrit, spatium, non sine magna utilitate frequentatis, anno MDCLXXIII. Vitebergam me contuli, viam, Lipsiae munitam, emensurus. Ante omnia vero, primum ac praecipuum negotium in eo constabat, ut Magnifico KRAVSIO, fasces Academicos tunc temporis tenenti, fidem obedientiamque promitterem. Quo peracto, viros eruditione celeberrimos et de republica litteraria longe meretissimos, CHLADENIVM, KRAVSIVM, PAVLI, REINHARDVM atque HOMMELIVM, qui ad scopum me perdiderent, omni, quo potui, seclatus sum feruore ac diligentia. Quibus viris doctissimis, quae ad scientiam legum iurisque peritiam spectant, vti debo omnia, ita non possum, quin eorum de me merita non solum maximis extollam laudibus, verum etiam pia remunerer mente eaque gratissima. In primis vero Consult. HOMMELIVM, de cuius fama inter omnes constat, nominare, eumque omnibus laudum encomiis ornare, fas esse puto. Eum enim in latissimo totius Iurisprudentiae campo emetiendo comitem habui adeo fidum adeoque amicum, vt, quas possideo, litterarum divitias ab eo uno acceperim, nec quicquam prius antiquiusque, quam ob eius indefessum mei studium curaeque affiduitatem gratissima eum per omnem vitam venerari mente, mihi sim existimatur. Cuius in scholis priuatissimis maxime, quae ad negotia coram foro gerenda scitu sunt necessaria, quum doctius essem omnia, ordinis Iuridici Vitebergenis plurimum venerabilis exploraciones, quae partim ad praxin sese applicaturo, partim ei, qui summos in iure honores ambit, sustinendae sunt, subii. Quibus omnibus prospere peractis, summorum honorum condecorationem ab eodem ICtorum ordine Illustri hodie expecco.

Hactenus



Hactenus quidem Candidatus noster, qui, cum virtutem ingenii copiamque doctrinae Ordini nostro abunde probauerit, facile obtinuit, vt, quos flagitat, summos in Vtroque Iure honores Ipsi merito decreuerimus. Hos autem vt rite legitimeque consequatur, proximo die Lunae, qui est VIII. Decbr. in Auditorio maiori Praeside Viro Illustri atque Iurisconsultissimo, GEORGIO STEPHANO WIESANDIO, Iuris utriusque Doctore, Institutionum Prof. Publ. Ordin. Curiae Prouincialis Scabinatus et Facultatis Iuridicae Assessore, Collega meo coniunctissimo, Dissertationem Inauguralem, quae

*Observationes Iuris Romani et Saxonici varias continet,*  
publice defendet. Cui actui solemnii, vt Rector Academiae Magnificus, Academiae Proceres, atque Fautores, nec non Generosissimi et Nobilissimi Ciues interesse non dedignentur, Ordinis mei nomine ea, qua par est, obseruantia rogo.

P. P. Domin. II. Aduent. A. R. S. 1510 CCCLXXVII

### VITEBERGAE

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRKII

ACAD. A TYTIS



ULB Halle  
002 265 427

3



(f) 56,







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Black

White

Magenta

Red

Black

White

Black

# ORDINIS IVRIDICI

I N

A C A D E M I A V I T E B E R G E N S I

H. T. PRO-DECANVS

M A R T I N V S   G O T T L I E B   P A V L I   D

D I G E S T . V E T . P . P . O . C V R I A E P R O V I N C . C O N S I S T O R

E C C L E S I A S T . S C A B I N A T V S   E T   F A C V L T A T

I V R I D I C A E   A S S E S S O R

L E C T O R I   B E N E V O L O

S P D

